



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 133. Joannis Pici Mirandulani obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Presbyteri, qui Præposito, hic vero ipse-  
 met supremo subjaceret Magistro. III. Sæcul. XV.  
A.C. 1494.  
 Obstringerent se voto obedientiæ, ac ca-  
 stitatis, non item Paupertatis, eorum ta-  
 men bona tam mobilia, quam immobi-  
 lia iis fato functis in spoliū Ordinis  
 ærario addicerentur. Præterea Joannes  
 Sibenhirter, qui anno priore ad supremum  
 Magisterium euectus erat, ut Ordini  
 suo majorem adjiceret splendorem, sode-  
 litatem instituit, cui cujuscunque condi-  
 tionis Viri inscriberentur, quorum non-  
 nulli in Turcas pugnarent, alii ad arcem  
 adversus Turcarum eruptiones construend-  
 am stipem subsidiariam conferrent.  
 Hanc confraternitatem, ut vocant, Ma-  
 ximilianus I. approbavit, eandemque A-  
 lexander VI. edita Constitutione die de-  
 cima tertia Aprilis hujus anni non solum  
 confirmavit, sed ipse etiam eidem no-  
 men suum dedit: Verum institutum hoc,  
 quamvis nobilissimum, haud diu vixit.

## §. CXXXIII.

*Joannis Pici Mirandulani obitus.*

Hoc item anno celeberrimus Joannes *Trithem. &*  
 Picus Mirandulæ Princeps die deci- *Bellarmin. de*  
 ma septima Novembris extremum clau- *script. Eccl.*  
 sit diem non nisi triginta duos, aut tres *Dupin. Bibl.*  
 annos natus. Lucius Bellaucius Senen- *tom. 12. in 4.*  
 sis *sæcul. XV.*



Sæcul. XV.  
A.C. 1494

*Varillos  
anecd. Flor.  
Paul. Jov in  
elog. cap 39.  
Angel. Polit.  
Marc. Ficin.  
Leander  
Alberti.*

sis Joanni brevem hunc ætatis terminum prædixisse fertur. Ceterum cum Picus tractatum contra Astrologiam judicariam, felicissimum ingenii sui partum elucubrasset, invida mors calamum excusit. Defuncti vitam Joannes Franciscus Picus de Mirandula ejus Nepos descripsit, atque opera, quibus literariam Rempublicam illustravit, ordine suo recensuit; Præter nongentas conclusiones Philosophicas, etiam ad posteros transmisit septem libros commentariorum in primum caput Genesis, & de opere sex dierum; tractatum de ente & uno, alium de hominis dignitate; duodecim regulas, seu præcepta ad Christianæ vitæ institutionem; Commentarium in psalmum XV.; tractatum de regno Christi; & vanitate mundi; expositionem Orationis Dominicæ; librum epistolarum; tres libros de convivio Platonis, præter alios duodecim libros de Astrologia. Cuncta hæc opera variis literis impressa prostant, alios adhuc tractatus recenset illius Nepos; nimirum, librum de integritate Bibliæ a S. Hieronymo latine redditæ contra Judæorum calumnias; apologiam versionis septuaginta Interpretum in Psalmos; tractatum de vera supputatione temporum, commentarium in novum Testamentum, tractatum contra septem Eccle-

*Vid. supra  
Lib. CXVI.  
S. 691. &  
CXII. §. 99.*



Ecclesiæ hostes, nempe Atheos, Paganos, Judæos, Mahometanos, Christianos hæreticos; Christianos impios; & simulatos Catholicos, ac denique Christianos perverfos, atque hæreticos; item alia opera adversus Sectarios, tractatus varios de Philosophia, & Grammatica. Joannes brevi intempestivum illum deposuit disputandi æstum, quo in primo juventutis suæ ardore fervebat; etenim anno supra millesimum quadringentesimo nonagesimo primo sese Mirandulano Principatu abdicavit, ut in Ferrariensi territorio procul a cœtu hominum ruri agens, totum se pietatis operibus dicaret. Princeps erat non modo benignitate, ac charitate in pauperes summe commendandus, sed etiam scientiarum laude, atque ingenii acie longe celeberrimus. Exiguo ante obitum suum tempore consilium cepit, cuncta sua bona in pauperes erogandi, ac sola Christi cruci affixi imagine munitus in omnibus urbibus ac villis fidem Christianam prædicandi. Petiit etiam, ut sacro Dominicani Ordinis, quem plurimum fovebat, habitu indutus, mortis adventum præstolaretur.

§. CXXXIV.

*Hist. Ecclesiast. Tom. XXX.*

S s